

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

... Act. 9. 43.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

40 De CALCEIS HEBRAEOR.

VIII. Σίμωνος βύρσεως superius facta est à nobis mentio, cum conjiceremus apud Hebræos calceos ex corio fuisse. Huic conjecturæ vero nos non multum fidere etiam satis indicavimus. Etenim licet βύρσεως sit coriarius, qui coria tractat calceis conficiendis, non tamen in his solis eorum opera occupatur, cum confectarum pellium varius sit usus. Quamvis etiam non ineptum sit, si dicamus in coriis, è quibus calcei fiunt, industriam Simonis versatam. Illud hic inquirere juvat, cur de Simone dica-

Act. io. 5. tur, ἦτιν δικα πάρα τάλαιος αὐτοῦ  
est domus juxta mare. Omnes,  
quos ad hunc locum videre mihi  
contigit, Novi Fœderis interpre-  
tes, securè hæc verba transiliunt.  
Ipse vir illustris Hugo Grotius,  
qui reliquis omnibus in hoc ge-  
nere studiorum facile palmam pre-  
ripit, utpote quo nemo ex gen-  
tium ritibus plura notavit ad peni-  
tiorem sacrorum voluminum intel-  
lectum, nihil monet. Putarunt vi-  
dilicet homines eruditæ, nihil no-  
tatu dignum hic dici posse. Et  
tamen non sine ratione est, quod  
Simo-